

tionē Divini Officii, celebrationē Missæ, expositionē Reliquiarum ejusdem celebrari, coli, & honorari potest. P. Reiffenstuel ad ch. tit. n. 3.

191 Dico 3 Pontificis: hujus enim Autoritati Beatificatio, perinde ac Canonizatio, hæc ætate reservata manet; servatis ferè iisdem, quæ servari consueverunt in Canonizatione; quantumvis olim Episcopis permisa fuerit. Gonzalez d. l. n. 8. & 9. Reiffenstuel d. l. num. 6. & 9.

192 Resp. II. differentiam inter Sanctum & Beatum esse, quoddam ille quovis cultu publico ab universis fidelibus honorari possit & debeat; iste non debeat, sed possit, non ab universis fidelibus, sed tantum à certa provincia, Ordine, vel loco, cultu publico, non qualicumque, sed specialiter à Papa determinatò cultu honorari: licet de cætero ab omnibus pro Beato,

Amico DEI, & Cælorum incolæ haberi & crediti debeat. Gonzalez d. l. n. 6. Reiffenstuel cit. l. num. 5.

Quæres III. cujus autoritate Sanctorum Reliquiæ possint ab uno loco in alium transferri?

Resp. autoritatem Episcopi sufficere per textum in cap. corpora 37. de Consecrat. Dist. 1. Fagnanus in cap. ult. de Reliq. & Venerat. Sancti. n. 15. Pirhing eod. tit. n. 17. Schambogen ibi. n. 19. Westner n. 16. Nec enim hæc translatio est una ex causis majoribus, ut S. Pontifici reservata videri debeat. Possit quoque Reliquiæ intra eandem Ecclesiam & Monasterium ab uno loco ad alium ab Abbate Monasterii transferri, novissimè docuit & probavit Reverendiss. Clericat. de Jurisdic. discord. 5. per tot.

§. VI.

De Vestimentis & Paramentis Ecclesiasticis.

195 AD Res Sacras VI. adleguntur Vestimenta & Paramenta, tam ad Altare, super quo Sacrosanctum Missæ Sacrificium litatur, instruendum, quàm ad Sacerdotem & illius Ministros, Sacrificium obeuntes, ornandos accommodata: neque enim fas est, absque talibus Vestimentis aut Paramentis consecratis Sacrificiùm peragere cap. Ecclesiastica 9. Dist. 23. cap. Altaris pallas 39. cap. nemo 40. cap. Vestimenta 42. de Consecrat. Dist. 1. Clariss. P. Bubenstuber cit. disp. 9. §. 2. n. 5. & §. 3. num. 6.

196 Consecratio autem Vestimentorum & Paramentorum non est unctiva; potestque per generalia privilegia & Cardinalium Declarationem; quam adducit Gallemart ad Concil. Trident. sess. 23. de Reform. cap. 10. sub num. 1. à Prælati Regularibus exerceri.

Hæc Vestimenta & Ornamenta, quàm diutius retinent formam & figuram veterem, retinent quoque suam consecrationem, esto pars aliqua non-benedicta sibi profanò fuerit aduta per argumentum ex cap. quod in dubiis 3. de Consecrat. Eccl. Tamburin. d. to. 1. dist. 22. q. 4. n. 1. Amittunt verò consecrationem una cum forma & figura veteri, veluti si ex stola fiat manipulus; debentque expropter de novo consecrari. Tamburin. d. n. 1. Et si vestitustate sint attrita, vel ita destructa, ut Divinus servitio non amplius quadrent, comburenda sunt, accineres in loco separato, ad quem non patet Sæcularibus accessus, sunt recondendi cap. Altaris 39. de Consecrat. Dist. 1. Tamburin. num. 2. P. Engel sæpe cit. tit. num. 8.

§. VII.

De Cæmeteriis.

200 Demum ad Res Sacras numerantur Cæmeteria seu dormitoria, in quibus corpora Fidelium Defunctorum requiescunt, dicta aliàs a reæ, tumbæ, catacumbæ, cryptæ, arenariæ. Gonzal. ad cap. Consulisti Cæmeteria 7. de Consecrat. Eccl. n. 2. Nicol. & Garuff. in Juscul. V. Cæmeterium n. 1. ubi 43. celebriora Cæmeteria, quondam Romæ existentia, recensentur.

201 Apud Gentiles (imò & Judæos) non erant talia Cæmeteria, sed quisque in eo, quò volebat loco, sepeliebatur, & locus ille religiosus dicebatur ex num. 13. Debebat tamen locus ille proprius esse §. religiosum 9. Instin. de R. D. Alienus, communis, aut servitute si fuisset affectus, domini, loci, vel alterius, servitutem habentis, consensu opus erat l. Sabinus 28. ff. Communi divid. l. locum 2. §. 7. & 8. ff. de Religiof.

202 & sumpt. fuit. Alioquin conveniri poterat actioe in factum de mortuo, non inferendo, ut vel cadaver illatum tollat, vel loci pretium præstet l. si quis 7. in pr. ff. d. 1. quæ tamen electio non obtinebat in casu, quò po-

prietarius in fundum, quoad usum fructum alteri legatum; aut socius in prædium commune fuerat illatus; sed tantum loci pretium exigere licebat d. l. locum 2. §. 7. l. sunt persona 43. l. ult. in pr. & §. 1. ff. d. 1. Struv. exercit. ad pand. 15. th. 78. & seq. Sicut econtra is, cui jus inferendi mortuum, aut jus edificandi in suo competeat, & mortuum inferre, vel sepulchrum edificare prohibebatur; jurebatur editò Prætoris & interdictò de mortuo inferendò l. prætor ait 1. in pr. & §. 1. & 1. ff. de Mortuo inferendo.

Sunt itaque Cæmeteria primitus à Christianis inventa, & consecrata sui benedicti partim quia nonnunquam in Cæmeteriis à fidelibus primitivæ Ecclesiæ sacra fuisse celebrata, veluti probat Gonzalez ubi supra num. 2. partim quia defunctorum animæ, propter Ecclesiæ sepulture, Sacrificiorum & suffragiorum citius participare fieri sperantur cap. cum gravia 17. XIII. q. 2. partim quia mortalibus suis mortali-tatis memoria vivaciùs representatur.

Polluitur

205 Polluitur & reconciliatur Cæmeterium iisdem ferè modis quibus Ecclesia; imò polluta vel reconciliata Ecclesia censetur etiam pollutum esse Cæmeterium, Ecclesiæ contiguum; licet à contrario pollutò vel reconciliatò Cæmeteriò non credatur Ecclesia esse polluta vel reconciliata cap. un. de Consecrat. Eccl. in 6. ex ea diversitatis ratione, quòd Ecclesia sit aliquid principale; Cæmeterium verò contiguum sit accessorium; possitque eam ob rem destrui accessorium, quin tangeretur principale; non item econtra. Passerin.

in commentar. ad cit. cap. n. 2. & 3. Barbosa J. E. U. lib. 2. cap. 9. n. 9.

Dixi: Ecclesiæ contiguum. Nam Cæmeterium, ab Ecclesiâ separatum, per se stat, nec ullam ab eo dependentiam habet. Unde etiam per se reconciliatur ab Episcopo per aquam, solemniter cum cinere & vino benedictam, si fuerit antecesserit ab Episcopo consecratum vel benedictum: sin autem consecratum vel benedictum non fuerit, sed tantum Autoritate Episcopi Sepulture destinatum, per alium Sacerdotem aqua exorcizatà potest. Barb. cit. l. n. 3 i.

CAPUT II.

De Rebus Religiosis.

REBUS SACRIS dixerimus ad Religiosas, eas scilicet, quæ juxta Caput præcedens n. 17. Autoritate Ecclesiastica Divino Cultui, vel aliis usibus piis ac Religiosis sunt destinata per textum in cap. ad hæc 4. de Religiof. Domib. Dicuntur aliàs in jure Canonico Domus Religiosa, Ecclesiæ, vel Loca pia; de quibus, ut justò ordine procedamus, in I. Sæc. Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus; in II. Ecclesiis Parochialibus; in III. Oratoriis, & Hòspitalibus collocabimus.

SECTIO I.

De Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus.

SUMMARI A.

- 1. & seq. Duplex Ecclesiæ acceptio.
- 3. In presenti consideratur pro loco Religioso.
- 4. Describitur Ecclesiæ Cathedralis.
- 5. & 6. Ostenditur illius præcælenia.
- 7. In prima erectione requirit assensum Pontificum.
- 8. & seqq. Docetur obligatio, Ecclesiam Cathedralem reparandi.
- 11. Describitur Ecclesiæ Collegiata.
- 12. Aliqua Collegiata vocantur insignes.
- 13. & seqq. An

solus Episcopus Collegiatam approbare possit? 17. Conjectura pro Collegiata. 18. Inducitur Ecclesiæ Regularis. 19. & seq. Referuntur textus pro & contra in questione, an consensus Pontificus in erectione novi Monasterii requiratur? 21. & seq. Defenditur negativa. 23. & seqq. Solvuntur Capitula & Constitutiones adversæ. 29. & seqq. Subjunguntur quedam notabilia pro tali erectione.

§. I.

De Ecclesiis Cathedralibus.

- 1. Ecclesia potest accipi vel moraliter, vel materialiter. Moraliter accepta denotat Cœtum Fidelium; sub uno Capite in unitate fidei congregatorum. Ad. cap. 15. cap.
- 2. Ecclesiæ 8. de Consecrat. Dist. 1. Materialiter accepta denotat loca, in quibus fideles ad officia Divina & Sacra Religionis exercitia conveniunt cap. Ecclesiæ 13. & passim d. Dist. Sæpiusque Basilica, Templum, Aedes Sacre nuncupatur cap. si quis 10. d. Dist. Barbosa J. E. U. lib. 2. cap. 1. n. 4. in fin. Franciscus à Mo-stazo tract. de Causis piis l. 5. cap. 1. n. 10.
- 3. In hac posteriore significatione accipitur Ecclesiæ in presenti, quatenus abstrahit à consecratione, & denotat locum Religiosum, auctoritate Episcopi constructum, ad normam & mentem Libri III. Decretal. tit. 36. de Religiof. Dom. & tit. 48. de Eccl. edificand.
- 4. Primam considerationem inter Ecclesiæ, ita sumptas, meretur Ecclesiæ Cathedralis, exin-

de sic dicta, quòd penes illam sit Cathedra, seu Sedes & Residentia Episcopi, cujus dignitas per Cathedram, tanquam Magistrorum & Doctorum insigne, designatur, prout etiam per Cathedram D. Petri Ecclesiæ Romana significatur, ut notat Eximius D. P. Corbinianus Kamm in supra commendatâ Hierarchia August. cap. 2. Sect. 2. n. 8.

Est hæc Ecclesiæ Mater, seu princeps Ecclesiæ totius civitatis & diocesis cap. venerabili 22. d. V. S. habetque cum omnibus Ecclesiis inferioribus concurrens forum Sacramentale, ita ut omnibus Diocesanis ibidem Sacramenta ministrari possint. Barbosa cit. l. n. 18. Engel cit. l. n. 2. Kamm d. l. n. 6.

Et, si habeat sub se alias Ecclesiæ Cathedralis seu Episcopales, Ecclesiæ Metropolitana vocatur, per cap. Cleros 1. §. Ordo Episcoporum Dist. 21. cap. provincia 1. Dist. 99.

Ad illius erectionem requiritur consensus & Au-

& Authoritas Summi Pontificis *cap. omnes 1. Dist. 22. d. cap. provincia cap. precipimus 53. XI. q. 1. cap. quod translationem 4. de Offic. Leg. cap. sicut unire 8. de Excess. Pralat.* est enim erectio Cathedralis Ecclesie una ex majoribus causis, Apostolica Sedē reservatis *cap. cum illo 1. de Translat. Episc. Barbofa F. E. U. lib. 1. cap. 2. n. 139. Franciscus à Mostazo tr. de Causis p̄is lib. 5. cap. 2. n. 32.*

8 Ad restaurandam & reparandam illius fabricam, in defectum priorum reddituum, obstringitur Episcopus per *cap. quicumque 1. de Eccles. edificand. & tradita Barbofa d. l. lib. 2.*

cap. 4. n. 9. Et, si Episcopus tantas vires non habuerit, tenentur ex suis redditibus superabundantibus aliquid contribuere Canonici Cathedrales juxta textum in *cap. ult. de his que fiunt à majori parte jam superius in p. 1. cap. 4. num. 113. & seq. explicatum; Gonzalez ad cap. quicumque 1. de Eccles. edificand. n. ult. & 10. si neque Canonicoꝝ contributo suffecerit, potest Episcopus unà cum Capitulo beneficiatos aliarum Ecclesiarum ad hoc compellere, vel etiam redditus beneficiorum vacantium in hunc finem applicare. Barbofa *cit. loc. num. 12.**

## §. II.

## De Ecclesiis Collegiatis.

11 **EX** Ecclesiis singularem quoque prerogativam habent Collegiata, in quibus lub aliquo Capite Clerici Sæculares congregantur ut membra, prout attigimus in *d. p. 1. cap. 4. n. 4. & seqq.* Quarum nonnullæ dicuntur *Insignes*; aliæ sine speciali titulo Collegiata nominantur. Quenam verò sint *Insignes*, in Jure nostro determinatum non invenitur; & ideo ad conjecturas recurritur, ac insignitas quandoque ex pluralitate Canonicoꝝ, interdum ex antiquitate; nonnunquam ex loci, in quo sunt sitæ, Nobilitate &c. mensuratur. Barbofa *cit. lib. 2. cap. 6. n. 15. P. Kaffi ad d. cap. 2. sect. 2. n. 13.* Quis Ecclesiam possit facere Collegiata? Similiter in Jure non definitur, & inter Canonistas ambiguum est, velut ex *cit. Barbofa num. 1. & Francisco à Mostazo tr. de Causis p̄is lib. 5. cap. 2. à num. 33. constat.* Episcopis tamen hanc facultatem competere, non malè desumi videtur ex *cap. quoniam 9. de Vita & honest. Clericoꝝ.* ubi Episcopis injungitur, ut Clericos Sæculares ad communem vitam disponant; sicque datæ illis potestas, ut eosdem sub uno Capite vel Superiore in Collegiis uniant. Gonzal. in *not. ibid. n. 3. Abbas ibid. n. 2. & 6. Anton. de Bn. atrio n. 2.* Idque ab Episcopis Augustanis sæpe prædicatum esse, scribit laudatus P. Kaffi *num. 11.* eique patrocinatur expressa decilio

Rota 608. n. 1. & seqq. p. 4. tom. 3. in rec. eaque fuit antiqua Rotæ opinio, ut habetur in *decis. 1084. n. 3. & 3. coram Emerix.* Verum de contraria observantia testatur Illustriss. Vincent. Petra *Comment. Apostol. tom. 3. pag. 69. n. 8. & seqq.* quòd nempe ejusmodi erectiones Ecclesiarum Collegiarum cum Papæ consensu fiant; quòdve sic fieri debeant, pluries respondit S. Congregatio, & quidem novissimè in *Cathæban. Erectionis Collegiata 1. Sept. 1691.* apud eundem Petram n. 11. Cujusmodi S. Congregationis responsa & decisa reverenter acceptat Rota Rom. tum in aliis casibus, tum in hoc nostro specifico, veluti patet ex *p. 17. in rec. dec. 297. n. 2. Ra-16 tionem dat cit. Petra: tum quia Episcopo non licet, Ecclesie statum mutare. Rota p. 1. decis. 163. n. 4. & p. 6. dec. 221. n. 29. & 30. in rec. tum quia erectio Collegiata, ubi ponitur nova dignitas, est in se res gravis arg. *cap. statutum 22. de Elect. in 6. & 1. Collegiata sit insignis, ferè æquiparatur Cathedrali.**

Conjecturas, ex quibus Collegiata sit judicanda, plures accumulat Barbofa *d. l. à n. 6.* quarum præcipuas, à S. Rota Rom. in *recens. p. 2. decis. 315. num. 3. & decis. 482. num. 4. probatas, jam supra in p. 1. cap. 4. num. 11. memoravi.* Conferatur laudatus Petra *pag. 70. & seqq.*

## §. III.

## De Ecclesiis Regularibus.

18 **NON** minoris considerationis sunt Ecclesia Regularis, seu Monasteria & Domus Religioforum, in quibus Personæ Regulares sub certa Ordinis Regula congregantur. De horum erectione non liquet, an solius Episcopi, an etiam Summi Pontificis licentia sit requirenda? Equidem exequenti textus Juris Communis antiqui in *cap. quidam 10. cap. de Monachis 12. & cap. seq. 14.* præcæsum erit, solius Episcopi licentiam sufficere; quod ipsum etiam ex Jure Novissimo Concilii Tridentini *sess. 25. de Regular. cap. 3. in fin. patet.* Verum ex textibus Juris quasi mediis seu Sexti Decretalium Zerola in *praxi Episcop. part. 1.*

§. 2. Tambur in *de Jure Abb. tom. 3. disp. 5. q. 1. num. 3.* Barbofa *de Offic. & pot. Episc. alleg. 26.* Leuren. in *Foro Benefic. p. 1. sect. 1. cap. 2. q. 43.* à Mostazo *d. l. 5. cap. 2. n. 46. n. 4.* & alii, apud hos relati, putant, consensum Pontificium esse necessarium juxta *cap. un. §. Confirmatos de Religiof. Dom. in 6. & cap. un. de Excess. Pralator. eod. in 6.* Quibus etiam in speciem favet tum Bulla Urbani VIII. quæ incipit *Romanus Pontifex;* tum Bulla Innocentii X. quæ incipit *Instruendaz* tum Decretum S. Congregationis Cardinalium apud Joannem Gallebart *ad cit. cap. 3. Trid. n. 3.*

His tamen & aliis, quæ ulterius in contrarium

riam excogitari possunt, non attentis, Juria antiquiori insistentium, ac solam Episcopi licentiam, saltem in ædificatione Monasteriorum. Ordinis non-Mendicantium sufficere, docent Fagnanus *ad cap. non amplius 1. de Institution. à num. 56. usque ad 72. P. Engel ad rit. de Religiof. Dom. n. 3. & seq. P. Wiestner ad rit. de Excessib. Pralat. à n. 26.* Reverendiss. DD. Guetrather *Instit. Canon. lib. 2. tit. 23. n. 4. & 5.* in quam opinionem, ad præviam meam Relationem, inclinavit Inclyta Facultas nostra. Neque enim à Jure veteri recedendum, usque dum recessus per Jus recentius luculenter probatur. Atqui recessus à Jure veteri quoad punctum ædificandorum Monasteriorum per Jus recentius luculenter probari non potest.

23 Ut incipiam à textibus, ex Sexto Decretalium citatis, illi non promittendū de omnibus Monasteriis, sed particulariter de Monasteriis Ordinis Mendicantium loquuntur, ut patet tum ex *cit. cap. un. de Religiof. Dom. §. confirmatos ibi;* quibus ad congruam sustentationem redditus aut possessiones habere, professio ferè regula qualibet interdicitur, sed per quædam publicum tribuere vicium solet incerta mendicantis; & ex *cap. un. de Excess. pralat. in verb. initialibus: cum ex eo quod Prædicatores, Minores, & Religiof. alii Mendicantes &c.* Imò quia Tridentinum Concilium est Jus novius Sexto Decretalium, ac præter Episcopi licentiam ad ædificanda quæcumque Monasteria nihil requirit: citatus Fagnanus in *n. 62. & 2. seqq.* docet, textus, ex Sexto citatos, ad terminos Juris antiqui quoad Monasteria quorumcumque Ordinum revocatos esse.

Idque non parum confirmatur ex constitutione Clementis VIII. quæ incipit, *quoniam ad institutum;* ubi, dum præcipitur, ut locorum Ordinarii novos Mendicantium. Conventus erigi non sinant, *non vocatis & auditis aliorum in iisdem Civitatibus & locis existentium Conventuum Prioribus & aliis interesse habentibus &c.* tacite insinuat, his observatis, Ordinarios locorum novos Conventus erigere posse. Sicque judicavit Rota Rom. in *recens. p. 2. decis. 745. n. 1.*

## SECTIO II.

## De Ecclesiis Parochialibus.

## SUMMARIUM.

32. Etymologia Ecclesie Parochialis. 33. Homonymia. 34. Synonymia. 35. Descriptio. 36. Requirit Presbyterum. 37. Qui curam animarum exerceat. 38. & seqq. Requirit etiam certos limites. 41. & seq. Absolutè tamen loquendò Parochia sine certis limitibus consistere potest. 43. & seq. Ostenditur modus probandi limites. 45. & seq. Parochus debet curam ex officio exercere. 47. & seq. Explicatur, quæ ratione hoc verificetur in Parochiis incorporatis. 49. Requiritur denique Autoritas Episcopi. 50. & seq. Disquiritur, an Ecclesia Parochialis sit eadem cum baptismali? 52. & seq. Si Parochia

Ad Bullam Urbani VIII. in qua innuitur, 26 de sola Ordinarii licentia fas non esse. Monasteria de novo extruere, Resp. P. Engel, ly sola non poni oppositivè ad simultaneam licentiam S. Pontificis, sed ad alia requisita, ibidem & in citata Bulla Clem. VIII. expressa; ut sensus sit, præter Episcopi consensum, ad alia quoque requisita respiciendum esse.

Bulla Innocentii X. monasteriis quidem obstruere loqui videtur: sed, quia loquitur de Monasteriis Virorum, & nondum est egressa fines Italiae & Insularum adjacentium, de quibus à principio meminit expressè: ideo ex mente Fagnani *cit. l. n. 51. in fin.* saltem ad Monasteria Monialium, & ad loca extra Italiam, non erit extendenda.

Circa decretum S. Congregationis ambigit Fagnanus in *n. 70.* an non pro apocrypho sit habendum: quandoquidem nec in libris publicis S. Congregationis id à se reperitur esse, nec eodem tempore, quò Secretarium agebat, vel ante observatum, sed multas Monasteriorum erectiones, absque licentia Sedis Apostolicæ factas, à S. Congregatione approbatas esse, testatur.

Ceterum in ædificatione cujuslibet Monasterii juxta decretum Gregorii XV. observandum est, ut saltem duodecim Religiof. ibidem habitare, ac ex ipsis rebus & consuetudine elemosynis sustentari possint. Deinde, quoad Mendicantes notandum, ut juxta *cit. Bullam Clementis VIII.* prius citentur tum Religiof. alii, in eodem loco aut vicinia habitantes, tum alii quicumque interesse habentes, quatenus constare possit, novum Conventum, cum ex elemosynarum priorum fidelium vivat, absque aliorum detrimento commode sustentari posse. Fagnanus *d. l. num. 51. & 56. Engel n. 5. Guetrather n. 6.*

Ad hæc, quoad Moniales in Trident. *sess. 25. de Regul. cap. 5. in fin.* sancitum est, ut earum Monasteria transferantur in urbes aut oppida frequentia, si ista videbitur expedire: quia extra mœnia urbis vel oppidi constituta malorum hominum præda, & aliis facinoribus sine ulla sæpe custodia sunt exposita.

non habet determinatos limites, ab Episcopo terminari potest. 54. & seq. In casu necessitatis idem Episcopus novam Parochiam erigere valet. 56. Multitudo populi non sufficit ad novam Parochiam. 57. Neque necessitas, que urget in pluribus ejusdem Parochie locis. 58. Aliquod deputandus Vicarius. 59. Parochiani in casu necessitatis ad cedendum fundum compelli possunt. 60. Necessarius est consensus Capituli in dismembratione Parochie. 61. Declaratur, quis acquirat jus patronatus. 62. Pro reparatione Ecclesie sunt applicandi redditus fabricæ. 63. Aut redditus parochiales. 64. & seqq. Non autem ad hoc

hoc adstringendos patronos, nisi reditus habeat ab Ecclesia 72. & seqq. Decimatores eorum ad possessionem compelli. 80. Deficientibus aliis cogunt succurrere parochiani. 81. Aut, si penuria premuntur, omnino est diruenda Ecclesia. 82. & seqq. Discutitur questio: num

## §. I.

## Quid sit Ecclesia Parochialis?

32 **P**ost Ecclesias Cathedralis, Collegiatis, & Regulares, singulariter dispiciendae sunt Ecclesiae Parochiales, quae nomen suum transferunt à Parochia, inde secundum Abbatem ad rubr. tit. de Parochiis num. 1. sic nominata, quod sit partitio curae & muneris pastoralis inter Episcopum & alios Sacerdotes. Ex qua ratione ipsamet dioecesis, in qua Episcopus curam & Jurisdictionem exercet, antiquus est dicta Parochia, eò quod ipsamet Episcopus fuerit principalis Parochus per cap. si quis 4. cum 2. seqq. Dist. 92. & cap. nullus 3. de Paroch. Reiffenstuel ibid. n. 2.

34 Potest aliò nomine Ecclesia Parochialis vocari Parochialis, sicuti Parochia quandoque Parochia dicitur per textum in cap. Dominicus 2. & ibi prolixè Gonzalez num. 7. & seqq. cap. super eo 4. de Paroch. cap. statutum 1. Ne Clerici vel Monachi in 6. Cum enim Parochia graecè idem sit ac plurius domorum conglobatio, vel conventus eorum, qui sunt unius fani conforis, Gonzalez cit. l. num. 7. hinc etiam Ecclesia, ad quam plures domus, seu homines diversarum familiarum accedere solent & debent, Parochialis appellatur.

35 Describitur potest Ecclesia Parochialis, quod sit Ecclesia, cui praestit Presbyter, ad curam animarum, intra certos limites ex officio exercendam, auctoritate Ecclesiastica deputatus.

36 Dixit Ecclesia, cui praestit Presbyter. Sicut enim Ecclesiae Cathedrali praestit Episcopus; Ecclesiae Collegiatae Praepositus; Ecclesiae Regulari Abbas, Prior, vel alius Praelatus: ita Ecclesiae Parochiali praestit Presbyter seu Parochus; appellatus alius Rector Parochialis, aut Plebanus: est in strictiori significatione Plebanus sit, qui praeficitur Ecclesiae, plures sub se Ecclesias vel Capellas habenti d. cap. statutum 1. Ne Clerici vel Monachi in 6. Barbosa J. E. U. lib. 1. cap. 18. num. 5. Engel ad tit. de Paroch. num. 11.

37 Dixit II. ad curam animarum exercendam. Ubi cura animarum non accipitur in sensu latiori, quatenus includit potestatem & Jurisdictionem spirituales pro foro externo & contentioso juxta cap. dandum 54. §. verum de Elect. (hanc enim Parochia negavimus in Lib. I. r. de Jurisdic. cap. 6. n. 116.) sed in sensu strictiori, quatenus denotat potestatem spirituales pro foro interno & Sacramentali arg. cap. in novo. Dist. 21. cap. omnis utriusque 12. de Penit. & remiss. P. Engel cit. l. n. 9. P. Wiestner ad tit. de Paroch. n. 9.

38 Dixit III. intra certos limites. Ex quo enim Parochiae primitus à D. Dionysio Papa cre-

ata, qui tenentur sumptus contribuere ad reparationem Ecclesiae, tenentur etiam ad illius ampliationem? 86. & seqq. Evadatur dubium: an, quibus incumbit reparatio Ecclesiarum, incumbat quoque reparatio adiuvi parochialium?

ita, vel postquam ab Evaristo jam antea creata, sed in persecutione Valeriani denuò suppressa fuerunt, rursus sunt restauratae, veluti tradit Vincentius Petra Commentar. Apostol. 10. 4. pag. m. 285. n. 13. cuiuslibet certum territorium, certique fines & limites sunt assignati tum ut quilibet Parochus, suis finibus contentus, proprias tantummodò oves agnoscat, & alienas aliis relinquat: tum ut ipsamet oves seu Parochiani sciant, à quoniam in spiritualibus regi & dirigi debeant. Textus in cap. Eccles. 1. XIII. q. 1. cap. nullus 3. de Paroch. Deficientibus autem limitibus, Ecclesia non censetur esse Parochialis, sed potius filialis, in subditio curae Parochialis erecta, ut censuit S. Rota Romana p. 1. in recent. decis. 258. n. 6. & p. 3. decis. 300. n. 6. Magnif. P. König ad cit. tit. n. 8. Ex quo fundamento eadem Rota p. 16. n. 90. per tot. in una Novacensis Parochialis resolvit, quòd, si intra limites unius Parochiae exstruat nova, nec tamen illius Rectori limites quidam assignentur, ea non sit parochialis: cum duae parochiales Ecclesiae in una eademque limitum terminatione consistere nequeant cap. plures 54. XVI. q. 1. nec in uno corpore duo capita reperiri possint cap. quoniam 14. §. prohibemus de Offic. Jud. Ord.

Nil tamen impedit, quò minus ex Apostolico privilegio, vel praerogativa, parochialitas seu parochialis qualitas sine territorio vel limitibus acquiratur in personas aut familias, in alio territorio vel districtu commorantes; prout à Leone X. in favore Nationis Florentinae indultum emanasse, memorat Cardin. de Luca de Parochiis dist. 24. num. 1. cujus vigore poterat in Urbe specialem Ecclesiam construere, quae postmodum esset Parochia Florintinorum, in Urbe sparsim habitantium. Nec etiam implicare videtur citato Card. dist. 33. n. 8. quòd jus parochiale sit individuum, residens in una persona formaliter seu intellectualem formata, & repraesentata per plures materiales, penes quas insolendum sit exercitium juxta doctrinam Innocentii in cap. cum non ignores sub n. 1. de Praebend. ubi Hostiens. num. 6. Butr. n. 4. & aliorum apud Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 20. n. 115. & seqq. Probantur autem limites parochiales non per limites territorii vel Jurisdictionis Secularis, ut quidam voluerunt: eò quòd nonnunquam in eadem Parochia sint plures Domini territoriales vel Jurisdictionales. Card. de Luca in relar. Cur. dist. 2. n. 7. Hieronymus de Monte de Finib. regend. cap. 13. n. 3. Sed potius & solidius per administrationem Sacramentorum, & exercitium aliorum

jurium

Jurium parochialium arg. cap. nunc autem 1. de Religios. dom. Rota Rom. in una Cavensis limitum parochialium p. 5. dec. 433. per tot. in rec. Nec non per libros antiquos, testes, famam, & quaecunque alia adminicula ad mentem textus in cap. cum causam 1. de Probat. Rota Romana d. p. dec. 446. ubi in n. 1. & seqq. notatur, probationes leviores in controversia limitum parochialium sufficere.

45 Dixi IV. ex officio. Si enim jura Parochialia non ex officio & jure proprio, sed privilegio quòdam modo in aliquo loco exercentur, nec locus ille Ecclesia Parochialis nuncupari, nec curam exercens Parochus appellari potest. Rota Rom. d. p. 1. decis. 226. n. 6. & 7. & p. 2. decis. 11. n. 1. & seqq. & p. 3. decis. 300. n. 5. Barbosa de off. & pot. Parochi cap. 1. num. 44. Sicut e contra, ubi similia jura independentem & nomine proprio exercentur, locus exercitii censetur vera Parochia. Barbosa d. l. Petrus de Murga de Benefic. q. 2. n. 349. Rota Rom. in rec. p. 1. decis. 256. n. 5. praeterea si tempus 40. annorum cum titulo collarò, vel in defectum tituli tempus immemorabile suffragetur per textum in cap. auditis 15. cap. cum olim 18. de Praescrip. cap. cum per sona 7. §. quòd si talis de Privileg. in 6. Rota Rom. in rec. p. 14. dec. 21. n. 47. 1. & seqq. Quò tamen non obstantia, Ecclesiae Parochiales, Monasterii vel Collegii unitae, verè sunt tales, esto per Vicarium exercatur cura: nam, si ille Vicarius sit perpetuus, nihil ferè differt à Parocho: cum exercatur curam ex officio, nec possit Monasterio vel Collegio impediri ex dictis in Lib. I. r. r. 48 de Jurisdic. cap. 6. n. 43. Sin verò sit tem-

poralis, & amovibilis ad nutum, non tam ille, quam Monasterium vel Collegium, cujus agere Vicarium, curam administrare reputatur. Rota Rom. d. p. 1. decis. 226. num. 8. & p. 2. decis. 204. n. 1. & decis. 156. n. 2. & 4. & p. 3. decis. 99. n. 2. & 4. & decis. 300. n. 3. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. Gloss. 6. n. 68. & 74. Engel ad cit. tit. de Paroch. n. 8. Wiestner ibid. sub n. 6.

Dixi V. auctoritate Ecclesiastica deputatus. Nec enim ad Ecclesias Parochiales regendas accedere licet, antequam legitimum institutio, unicum approbatione ad curam animarum, praecesserit arg. cap. cum satis 4. de Offic. Archid. c. 9. ex frequentibus 3. de Iustis. cap. ordinarii 3. de Offic. Jud. Ord. in 6. cap. beneficium 1. de R. F. eod. in 6.

Ambiges: utrum Ecclesia Parochialis & baptismalis sit eadem?

Resp. in dubio quidem Ecclesiam Parochialem censeri simul baptismalem, & vicissim connexionem tamen adeò firmam non intercedere, ut Parochialis sine baptismali consistere nequeat. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 6. n. 48. Card. de Luca de Paroch. dist. 38. n. 10. Vincentius Petra Commentar. Apostol. rom. 4. pag. 286. n. 15. & seqq. & apud hunc Rota dec. 387. n. 11. cor. Ludovif. & dec. 52. n. 28. & seqq. part. 2. divers. Interim Ecclesia baptismalis ut plurimum est matrix in loco, cultumque nomen competit: eò quòd homines per baptismum regeneret Glossa in Clement. 1. verb. matricem de Sentent. excommunicat. idcirco ex retentione fontis baptismalis matricitatem seu praereminentiam in alias ejusdem loci Ecclesias argui, advertit Rota in recent. p. 19. decis. 404. n. 58. tom. 1. Petrac. l. n. 16.

## §. II.

## A quo Parochiales Ecclesiae constituantur, vel erigantur?

32 **E**cclisiae Parochiales, de quarum origine doctissimò calamò distit Gonzalez ad cap. ut dominicus 2. de Paroch. n. 9. & 10. praeter Summum Pontificem ab alio, quam Episcopo, de jure communi constitui vel erigi non possunt arg. cap. nullus omnino 11. XVI. q. 7. Episcopus autem novam Parochiam erigere potest, si antecedenter cura promiscue per Sacerdotes fuerit exercita, absque certis finibus aut limitibus: tunc enim Episcopus populum in certos districtus dividere, & cuiuslibet suam Ecclesiam ac Parochiam assignare potest. Trident. Concil. sess. 24. de Reformat. cap. 13.

34 II. si necessitas ita hagitet, quia v. g. locorum distantia est tanta, ut omnes parochiani nequeant ad unam Ecclesiam, praesertim hyemali tempore, venire; vel quia flumen aliquod intercurrit, quòd pontem non fuisse; vel quia permulti parochiani sunt extra moenia, & Ecclesia Parochialis intra urbem, è qua de nocte non permittitur exitus: tunc enim Episcopus, citatis antea Rectore & Patrono Ecclesiae matricis seu parochialis, novam Ecclesiam Parochialem & Parochum constituere, ac si nullus alius eam dotare velit, ex redibus Ecclesiae matricis seu antiquae congruam sustentationem, invitò quoque Rectore & Patrono assignare; aut etiam, si Ecclesia prior reditus tam abundantes non habeat, parochianos ad alimenta praestanda compellere potest. Textus in cap. ad audientiam 3. & cap. ult. de Eccles. edificand. Trident. sess. 21. de Reformat. cap. 4. Barbosa in Collectan. ibid. n. 11. & 14. Fagnanus ad cit. cap. ad audientiam à num. 1. Gonzalez ibid. à n. 3. Vincentius Petra commentar. Apostolic. tom. 1. pag. 386. n. 44. & seqq.

Planè si populus duntaxat augeatur, ut unus Presbyter Sacramentis administrandis non sufficiat, non novam Parochiam erigere, sed unum vel plures Cooperatores seu Cooperatores assumere oportet per Trident. cit. cap. 4. & notata Fagnan. cit. l. n. 24. sic Sacra Congregatio declinam esse, testant. Imò, supposita quoque morali necessitate, novam erigend. Parochiam, necessario tamen erigi non debet, si populus vivat sparsus per univèrsam territorium seu districtum parochialem in domibus rusticis, seu parvis villis, ac pagis, proindeque eadem ratio distantiae & alperitatis itineris hybernò tempore non magis pro uno quam pluribus locis specialem Ecclesiam exigat, ut rectè existimat

Bbb 2

Card.

Card. de Luca de *Parochiis disc.* 34. n. 4. alioquin necesse quod Parochias erigere, & antiquam penitus destruere, opus foret contra.

Præterea la-pienter monet P. Engel ad *tit. de Eccles. adificand.* n. 47. aliquando, ad evitandam Parochiarum multitudinem, & servandam anterioris Ecclesie venerationem, in ejusmodi novis Ecclesiis Vicarium deputari posse, Rectori veteris & Senioris Ecclesie subordinatum. Conforatur hac de materia plenius agens Franciscus à Mostazzo in *tract. de causis piis lib. 5. cap. 3. & 4. per tot.*

59 Dubitabis I. utrum, si fundus deficiat, in qua Ecclesia de novo, suadente necessitate, exciterur, Parochiani possint ad cedendum locum autoritate Episcopi compelli?

Resp. affirmativè. Ratio est: quia ex causa necessitatis solum temporalis potest quis ad distrahendum prædium, compensatò pretiò, compelli per *l. item s. 15. §. 1. ff. de R. V.* Ergo à fortiori ex causa necessitatis spiritualis ad distrahendum prædium, refusò justò pretiò, compellipotest. Covarruv. *Var. resol. lib. 3. cap. 14. n. ult.* Gonzalez ad *cit. cap. ad audientiam num. 3.* Franciscus à Mostazzo *d. lib. 5. cap. 1. n. 5.*

## § III.

## A quibus reparanda vel restauranda sint Ecclesie Parochiales?

62 Ecclesie Parochiales, ob vetustatem, incendium, ruinam &c. destructæ, collapsæ, vel dirutæ, reparandæ & restaurandæ sunt ex redditibus propriis, pro fabrica deputatis *cap. decrevimus 10. X. q. 1. cap. placuit 1. cap. prius 2. cap. unio 3. ead. q. 3.* Gonzalez ad *cap. quicunque 1. de Eccles. adific. n. 7.* Ubi verò redditus proprii vel nulli vel tenues & insufficientes sunt redintegrandæ fabricæ, Parochi & alii, qui beneficium ab Ecclesia reparanda possident, ex redditibus, qui, deductà congruà sustentatione, super sunt, ad reparationem contribuere tenentur *d. cap. quicunque 1. & cap. de his 4. de Eccles. adificand.* Trident. *sess. 21. de Reform. cap. 7.* cum enim sentiant emolumentum ab Ecclesia, onus etiam detractare non debent. Gonzalez *d. l. n. 8.* Sed hic

64 Controvertitur I. an etiam Patroni Ecclesie teneantur ad ejus refectionem contribuere? Ratio dubitanti est I. quia in Concil. Trident. *d. cap. 7.* ad refectionem obligantur Patroni & omnes alii, qui fructus aliquos, ex dictis

65 Ecclesiis provenientes, percipiunt. II. quia Ecclesia est obligata, Patronos, si se ipsos alere nequeant, sustentare. Ergo vicissim Patroni sunt obligati, Ecclesiam, mediis destitutam, reficere. Sed

66 Respondendum, & concludendum est negativè. Ita Reverendiss. D. Martin. Relsch de *Jure Patron. p. 1. q. 7. art. 2. n. 5.* Pirhing ad *cit. tit. de Eccles. adific. n. 20.* Wiestner *ibid. n. 45.* Ratio est: quia Patronus Ecclesie, cum ingens & inestimabile beneficium illi concesserit, educendo de non-esse ad esse, magis Eccle-

Dubitabis II. an præter autoritatem Episcopi consensus Capituli ad erectionem novæ Parochie debeat accedere?

Resp. affirmativè, si nova Parochia ex redditibus antiquæ dotetur. Textus in *cap. postorialis 7. in fin. de Donat.* Ratio est: quia talis erectio continet dismembrationem anterioris Parochie, estque species alienationis: consequenter consensus Capituli abesse nequit. Rota Rom. in *recent. p. 10. det. 224.* Card. de Luca de *Paroch. disc.* 35. n. 6. & 9. Fagnanus *ubi supra num. 53.* Pirhing ad *tit. de Eccles. adificand. sub n. 10.* König ad *tit. ut Ecclesiastica benefic. sine divisione. conf. n. 26.*

Dubitabis III. quis patronus sit Ecclesie Parochialis, recens edificatæ?

Resp. cum distinctione: vel enim ex redditibus Ecclesie prioris; aut ex alterius piâ liberalitate fundata, dotata, vel constructa fuit. Si primum; jus patronatus penes Rectorem prioris Ecclesie remanet sæpe *cap. ad audientiam 3. de Eccles. adificand.* Si secundum; ille patronus erit, qui fundum, dotem, aut sumptus subministravit *arg. cap. nobis 25. de Jure Patronat.* Abbas ad *cit. cap. num. 9.* Fagnanus *num. 35.* & apud hunc S. Congregatio.

73 Controvertitur II. debeantne decimatores, quibus jus decimandi competit ex jure speciali, v. g. privilegio Pontificio, ad Ecclesie Parochialis reparationem concurrere?

Negativè tenent Zoëll ad *cit. tit. de Eccles. adificand. n. 5.* & Pirhing *ibid. n. 18.* elsque calculum quoad decimatores laicos eorumque successores adjicit Zypæus ad *rubr. de Pa-*

73 *trach. consule. 4. n. 2. & 3.* Ratio est: quia obligatio reparandi, si quæ subesset, deberet oriri ex eo, quòd decimæ sint aliquod beneficium, ab Ecclesia acceptum. Atqui, si decimæ ex jure speciali v. g. privilegio ad alium, quam Parochum, spectent, nequeunt vocari beneficium, ab Ecclesia acceptum: separantur liquidem penitus ab Ecclesia, præsertim, si ad laicos deveniant; neque ex beneficio Ecclesie, sed gratia Summi Pontificis colliguntur. Ergo &c.

74 Affirmativam sectantur idem Zypæus in *Analyti ad tit. de Eccles. adificand. n. 2.* Gutterrez *pract. quest. lib. 1. cap. 17. num. 4.* Gonzalez *cit. l. n. 8.* à Mostazzo *d. lib. 5. cap. 2. n. 4.* Wiestner *d. l. n. 47.* quam etiam in praxi servari, factentur ipsimet Authores contrarii. Textus convincens in *cit. cap. quicunque 1. de Eccles. adificand.* ubi sine distinctione præcipitur, ut, quicunque Ecclesiasticum beneficium possident, omnino adjuvant ad refectionem Ecclesie restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas. Atqui decimatores, quòdunque titulo jus decimandi acquisiverint, habent beneficium Ecclesiasticum: eò quòd beneficium in *cit. textu* non accipitur pro titulo ministerii spiritualis, sed pro qualibet utilitate, quæ ex jure & rebus Ecclesie percipitur, ut eruditè *ibid. num. 2.* notavit

75 Gonzalez. Ergo &c. Textus non minoris efficacia reperitur in Concil. Trident. *d. sess. 21. de Reform. cap. 7.* vi cujus omnes, qui fructus aliquos ex Ecclesiis provenientes percipiunt, ad eorum reparationem adstringuntur. At decimatores utique, qualescunque sint, percipiunt fructus ex Ecclesiis Parochialibus, ad quas jus decimandi ceteroquin spectat per textum in *cap. eum sunt 18. cap. tua 26. in pr. cap. 77. cum contingat 29. de Decim.* Ratio æquè momentosa est: quia decimis ex dispositione Juris annexum est onus, non tantum Parochum sustentandi, sed etiam sublevandi, ut alia onera facilius supportare possit. Textus in *cap. statuto 2. §. ubi autem de Decim. in 6.* Atqui inter illa onera est obligatio reparandi Ecclesiam Parochialem *ex num. 63.* Ergo &c. Jam sic, Res, & præsertim decimæ, transeunt ad quemcunque possessorem cum suo onere *cap. ex literis 5. de Pignori. cap. cum non sit 33. de Decim.* Ergo, qui decimas possidet, habet etiam annexam obligationem & onus, Ecclesiam Parochialem restaurandi.

78 Ad rationem oppositam Resp. negandò minorem. Decimæ liquidem, licet separantur ab Ecclesia, sunt nihilominus beneficium Ecclesiasticum: utpote cum *ex n. 76.* ad Ecclesiam Parochialem de jure Comuni pertinent; proindeque etiam in casu, quòd privi-

legiò Pontificiò conceduntur alii, tum Ecclesiastico tum Laico, transeunt ad possessorem cum suo onere juxta *num. 77.* Confirmat-

79 ri potest responsio ex hoc: quia respectu Parochi decimæ reputantur beneficium Ecclesiasticum, tamen Parochiam non ab Ecclesia Parochiali, sed ab Episcopo acquirat. Ego etiam reputantur beneficium Ecclesiasticum respectu alterius decimatoris, tamen jus decimandi non habeatur à Parochia, sed à Summo Pontifice.

Post Parochum, Beneficiatos, & alios stipendiarios Ecclesie Parochialis, ad illius refectionem obligantur omnes Parochiani, cujuscunque sint gradus vel conditionis juxta Trident. *cit. cap. 7.* ita tamen ut contributio fiat secundum mensuram & vires cujuslibet patrimoni, isque, qui plus numerat in opibus, plus numeret in contributione: sicut alias onera communia & publica secundum quantitatem patrimonii solent imponi per *l. omnes 12. Cod. de Operib. publ. l. ad inferiorum 1. Cod. de Apos. publ. Franciscus Leo Theauri Fori Eccles. lib. 2. cap. 16. num. 75.* Wiestner *cit. l. num. 53.*

Si denique tanta Parochianorum esset penuria, ut Ecclesie Parochialis restauranda non possent succurrere, tunc illam, relicta in eo loco in memoria cruce, autoritate Episcopi destruere, illiusque jura viciniori Parochie incorporare liceret, altari quòdam ibidem positò sub eadem invocatione, sub qua fuerat Ecclesia diruta. Trident. *cit. cap. 7. in f. Barbosa in Collect. ad cit. cap. 7. n. 25.* Engel ad *tit. de Eccles. adificand. n. 9.* Quod ipsum de

82 aliis Ecclesiis & beneficiis simplicibus in *cit. loco.* Concilii statutum, & præceptum est, ut in Ecclesias matrices aut alias cum omnibus emolumentis & oneribus, cum erectione novi Altaris sub eadem invocatione, transferantur. Vide P. König ad *tit. ut Benef. Eccles. sine divisione. p. 4. per tot.*

Exquires I. utrum, quæ dicta sunt de obligatione concurrenti ad reparationem Ecclesie Parochialis, sint etiam ad ejus ampliationem applicanda?

Resp. I. in casu, quòd ampliatio non est de necessitate, sed tantum de utilitate, nec Rectores, nec decimatores, nec patronos, nec alios esse obligatos ad sumptus, in ampliationem erogandos, prout bene deducit Gonzalez ad *cap. quicunque 1. de Eccles. adificand. n. 6. ex l. parietem 8. ff. de Servit. urban. ubi decernitur,* quòd, licet ad refectionem rei communis omnes socii teneantur contribuere, at tamen ad ejus ampliationem illorum contributio, nisi spontaneè velint, præteriri nequeat.

Resp. II. in casu, quòd ampliatio propter ex-84 crescentem populi multitudinem est necessaria, sententias esse differentes: nam citatus Gonzalez non agnoscit obligationem ampliandi, sed tantum Ecclesiam, si aliis impensis ampliata fuerit, restaurandi: cum ampliatio Ecclesie sit nova constructio, quæ spectat ad provisionem Episcopi *cap. ult. de Eccles. reparand.* Verùm Peckius de *Eccles. reparand. cap. 2. n. 4. 85*

Ripa, & Auferrius, ab eodem Gonzalez allegati easdem personas afferunt esse obligatas ad ampliationem; & mediis iudicis bene sentiant: quantumvis enim Ecclesie ampliatum dicatur nova constructio; attamen, sicuti Rector Ecclesie vel Parochianus tenentur ex dictis a. n. 54. ad novam constructionem contribuere, quando necessitas urget; sic urgente necessitate ad reparationem concurrere obligantur.

86 Exquires II. an ea, quae circa reparationem Ecclesie Parochialis praemissa fuere, procedant etiam in reparatione aedium parochialium?

87 Resp. de Jure Communi non videri dubium de affirmativa, quam a Sacra Congreg. declaratam fuisse, perhibet Barbosa de Offic. parochi cap. 13. num. 12. & Monacelli in formul. leg. pract. p. 2. tit. 16. art. 2. num. 4. & 5. tum quia aedes Parochiales sunt aliquod accessorium

ad Ecclesiam Parochialem: tum quia Parochia ne quidem nominari potest, quae Parochum non habet ex n. 36. consequenter pro Parocho non tantum aedes parari, sed etiam reparari debent: tum quia, si Parochus non habeat alimenta, a decimatoribus aut Parochianis illa petere valet; poterit igitur & habitationem, quae nomine alimentorum comprehenditur l. legatis 6. ff. de Aliment. legat. & ibi Brunneinan. n. 1. aut illius reparationem exigere. Pirhing ad cir. tit. de Eccles. adificand. n. 16. Schambogen ibid. n. 15. Wiestner n. 55.

Dixi de Jure Communi. Nam in praxi nonngs una in omnibus Dioceseibus est observantia. Saepius tamen a Parochis & aliis Beneficialis certa quantitas singulis annis 10. 20. vel plurimum florenorum pro reparatione aedium exigitur, ut facta recta conservari vel restaurari valeant. Wiestner d. l. n. 56.

SECTIO III. De Oratoriis & Hospitalibus.

SUMMARI A.

89 Describuntur Oratoria quoad nomen. 90. Oratoria publica definiuntur. 91. Sunt Religiosum aedificium. 92. In loco publico. 93. & seq. Auctoritate Episcopi erectum. 96. Quae sit praesumptio in dubio sit capienda? 97. & seq. Requiritur ostium, patens in via publica. 99. & seq. Definitur Oratorium privatum. 101. & seq. Quanam de Jure Com-

muni possint Oratoria privata habere? 104. & seq. Quanam possint ea habere ex privilegio? 108 & seq. An Episcopus possit dare licentiam? 110. & seq. Describuntur Hospitalia. 112. Requiritur Auctoritatem Episcopi. 113. & seq. Quidnam in dubio, quando non constat de Episcopi Auctoritate, sit praesumendum?

§. I.

De Oratoriis publicis.

89 Templis non incongrue possunt accenseri Oratoria, ab orando denominata: nam sicut Templum, sic etiam Oratoria sunt loca, ad orandum destinata. Franciscus à Mostazo in tr. de causis p. lib. 5. cap. 10. n. 1.

90 Est autem Oratorium duplex, Publicum & Privatum. Publicum describi potest cum eodem à Mostazo num. 2. quod sit aedificium Religiosum, in loco publico auctoritate Episcopi erectum, habens ostium patens in via publica.

91 Dixi I. aedificium Religiosum. Quae voces convenit Oratorium cum aliis Ecclesiis, & per se Capella, Saeellum, Sacra cella nuncupatur. Pignatelli. tom. 6. consult. 98. n. 1. & seqq. Clericatus de Sacramenti. Euchar. decis. 8. num. 2.

92 Dixi II. in loco publico. Nam Oratoria, in domibus privatis (quibus etiam ex decisione S. Congregationis annumerantur arces, & castella, & palatia Nobilium) constructa censentur privata arg. Concil. Trident. sess. 22. in decreto de observand. & evitand. in celebrat. Missae. Pignatelli d. tom. 6. consult. 12. n. 17. & 24. à Mostazo d. lib. 5. cap. 11. n. 1.

93 Dixi III. auctoritate Episcopi erectum. Haec enim indisponabiliter exigitur, dum in illius defectu

nec Oratorium nec alius locus Religiosus effici potest, & in cir. Concil. Trident. nec non cap. penult. de Immunit. Eccles. supponitur. Sylvester in Tr. Oratorum. Riccius in praxi aurea p. 4. resolur. 428. n. 1. Pignatelli. tom. 9. consult. 19. num. 9.

Ut tamen Oratorium sit consecratum ab Episcopo, etiam ad effectum Missas ibidem celebrandi, eo minus requiritur, quod verius in Ecclesia alia, si modo benedicta, vel Divino cultui deputata Episcopali dedicata sit, Sacrum peragere licet per cap. Missarum 12. cap. Ergo 14. de Consecrat. Dist. 1. Franc. à Mostazo d. l. n. 4. & 5. Si vero consecratum esset ab Episcopo, de facultate celebrandi vix ambigere liceret, etiam si caetera desissent per textum in cap. consecrationem 1. cap. sicut 11. & seqq. de Consecrat. Dist. 1.

In dubio, an Oratorium auctoritate legitime sit erectum? ad praesumptiones recurrendum, & si Oratorium in forma Ecclesie sit constructum; si extet Altare & Campanilla; si ad Missam quaecunque personae, nullò factò discrimine, admitantur, tanquam legitime erectum est judicandum secundum Abbatem in cap. inter dilectos de Donat. n. 12. Zerolam in praxi v. hospitale 5. secundum Anbium & c. Mascardum de probat. conclus. 869. n. 1. quos refert

fert, & sequitur Pignatelli. cit. tom. 9. consult. 19. n. 9. Clericatus d. decis. 8. n. 2.

97 Dixi IV. habens ostium patens in via publica, ita ut quilibet fidelis patulum habeat accessum; id, quod praecipuum Oratorii publici requisitum esse, ferè supponunt DD. cum Clericatus d. l. n. 5. Fagnano ad cap. auctoritate ult. de Censib. n. 24. & tantum in hoc vehementer inter se colliduntur, utrum non destruat Oratorium publicum, si praeter ostium in via publica habeat aliam januam, ex qua ingressus pateat ad domum privatam?

§. II.

De Oratoriis privatis.

99 Oratorium privatum, publico oppositum, est aedificium, quod auctoritate privata in loco privato ad orandum est deputatum. Adeoque ubi desunt requisita Oratorii publici, in §. priori enumerata, censetur Oratorium esse privatum. Unde nec locus Religiosus est; nec gaudet immunitatibus & prerogativis Ecclesiarum; nec profanari potest, etiam si actiones profanae vel nefandae in ipso exercentur; nec habile reputatur, ut Sacrosanctum Missae sacrificium in eo possit offerri. Textus in cap. antiquique 33. de Consecrat. Dist. 1. Barbosa de offic. & pot. Ep. alleg. 75. d. n. 25. & 32. Engel ad tit. de Religios. Dom. n. 1. Pignatelli. tom. 6. consult. 98. n. 112. Clericatus d. l. n. 4.

101 Sunt tamen de Jure communi quoad facultatem celebrandi excepta Oratoria privata Episcoporum, utpote quibus in cap. ult. de Privileg. in 6. data est potestas, in quolibet loco super altari viatico seu portatili celebrandi.

Eandemque potestatem Episcopo per Concil. Trid. cit. Sess. 22. in Decreto de Celebrat. Miss. non fuisse ablatam, ex declaratione S. Congregationis tenent Aa. cetervatim, & quibus legi Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 23. num. 5. Jordan tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 132. Pasqualigo de sacris. tom. 2. q. 1217. per tot. Clericatus d. Decis. 8. n. 18. Franciscus à Mostazo d. lib. 5. cap. 11. n. 13.

103 Interim ex Novissima Bulla Sanctissimi in Christo Patris ac D. N. Clementis XI. quae incipit: quoniam Sancta, sub dato 15. Decemb. 1703. eatenus est restricta, ut Episcopis non amplius liceat, extra Domum propriae habitationis in domibus laicis, etiam in propria Diocesi, erigere altare, ibique Sacrosanctam Missam sacrificium celebrare, ejus celebrari facere, prout sonant formulae ejusdem Bullae.

104 Similiter ex privilegiis, partim extra, partim in Corpore Juris contentis in cap. ult. de Censib. & cap. patentibus 10. de Privileg. possunt Regulares in suis Monasteriis, hospitibus, infirmariis, gangris, seu villis, praediis, & castellis, ad Monasteria spectantibus, ut explicat Gonzalez ad cir. cap. ult. n. 2. habere Oratoria, & in illis celebrare. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 2. disp. 5. q. 6. n. 8. Pasqual. tom. 1. q. 484.

Qua in re tamen a pluribus contra Barbosa 98 F. E. II. lib. 1. cap. 11. n. 28. doceri video, januam illam non obstrae Oratorio publico, si modo reverentiam, quae debetur loco sacro, non imminuat: eo quod publicus accessus faciat publicum Oratorium. Pax Jordan. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 161. Riccius p. 4. decis. 48. num. 5. Pignatelli. tom. 1. consult. 93. num. 27. & seqq. Clericatus d. decis. 8. num. 7. & seqq. Franciscus à Mostazo d. lib. 5. cap. 10. n. 12. & seqq. Pasqualigo de Sacris. tom. 1. q. 449.

105 Quin 105 & Fratibus Praedicatoribus & Minoribus in cap. in his 30. de Privileg. indulgum est, quod, ubicunque fuerint, possint cum altari viatico celebrare. Et licet antea privilegium per Concil. Trid. cit. Sess. 22. non revocatum esse, contra Fagnanum in cir. cap. auctoritate ult. de Censib. n. 13. Matheucci in Officiali Cur. Reg. cap. 6. n. 30. ex communi sententia doceat cit. à Mostazo num. 17. ac nuperimè id ipsum docuerit Clariss. P. Ludovicus Babenfluber de Sacris. disp. 9. §. 1. sub n. 10. Nihilominus quoad posterius privilegium de altari viatico per Bullam Clementinam, in n. 81. allegatam, aperte revocatum est sequentibus verbis: quoad altare portatili censetur (Sacra Congregatio) licentiam seu privilegia concessa nonnullis Regularibus in cap. in his de Privileg. & per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, mendi dictò altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt, omnino revocata esse per idem Sacrum Concilium.

Possintne Episcopi hodie dum dare licentiam, in Oratoriis privatis celebrandi, sicut poterant de Jure antiquo? per cap. Missarum 12. de Consecrat. Dist. 1. Disputatur. Verum, si verum sit, à Sacra Congregatione jussu Pauli V. die 19. Martii 1615. scriptas fuisse literas, & declaratum, nulli Episcopo licere facultatem facere cuicunque personae, in Oratorio privato audienti celebrandae Missam absque obtentu Privilegii Apostolici, ut refertur Fagnanus cit. l. num. 18. & Clericatus d. decis. num. 24. omnis disputatio sublata est.

Sive tamen ab Episcopo, sive à S. Pontifice concedatur facultas in Oratorio privato celebrandi, celebrare non licet in diebus Paschalis, Sanctissimae Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini aliisque annis festis solemnioribus; in reliquis vero etiam tunc celebratio prohibetur, ubi vel unica Missa jam celebrata fuerit; prout in cir. Bulla Clementina expressum legitur, & declaratur, quod, qui Missas in ejusmodi Oratoriis audiunt, praecipuo Ecclesiae non satisfaciant; nisi, ut in aliis decretis explicatur, sint familiares, de quibus Monacell. in Formulari Leg. part. p. 2. form. 2. num. 32. & seqq.

§. III.